edificat vt ciuitas cui⁹ ptícipatio eius in idipm. Modo ad ꝓpositū ihc̄ nazarenus verus messias debuit edificare & edificauit templū & iherusalē nō materiale sed spūale. s. ecclesiā paradisū ex lapidib⁹ viuis videlicet ex fidelib⁹. qui in pfti templo & irām supiori compaginantur p gr̄am & in futuro p gloriam & q̄ nō debeat edificari templuz materiale fm intentionē iudeoꝝ patet q: potest q̄ri ab eisdē de quinq̄. Primo q̄le in nūero eēt. Scōo q̄d contineret. Tercio ad q̄d seruiret. Quarto q̄s ibi ministraret. Quinto q̄ dies illō solem pnisaret. Ad primū respondet iudeus q̄ erit in nūero tercio. Sed cōtra ꝺ est Jere. vij. c. nolite ꝓfidere in ꝟbis mendacij dicentes. tēplū dñi. tēplū dñi tēplū dñi est. q̄si dicat tēpla materialia nō debēt eē nisi duo. & q̄ dicit tercium templū materiale fiendū mendacium dicit. verba sunt dñi exercituū dei israel. vtz patet ibidē. Item Agge⁹ ꝓphā q̄ fuit tpe scōi tēpli hoc idem clare exprimit in. c. ij. loquēs de celerrimo aduentu messie in eodē dicens. Adhuc vnus modicū est & ego cōmouebo celū & terram & mare & aridā & mouebo oēs gentes & veniet desideratus cūctis gentib⁹ & implebo domū istā gl̄ia dicit dñs exercituū. sequit. Magna erit gloria domus istius nouissime plusq̄ prime dicit dñs exercituū. hec domus nouissima fuit dom⁹ scōa q̄ facta fuit p esdraz in quā venit saluator nr̄ q̄ fuit oblat⁹ et sepe in eadē ꝓdicādo & miracula faciendo. & q: ipe in eā venit dicit ꝓpha. q̄ debebat eē sua gloria maior q̄s illi⁹ ome quam fecit salomon licet fuit nobilis prima facta per salomonem. q: non fuit in regibus maior salomone. Et attende q̄ dicit in tertio. dom⁹ istius nouissime. demonstratiue signādo nouissimā domum & nō dicit nouissime absolute. sicut cogitat iude⁹ q̄ debeat fieri altera dom⁹ vt ꝓdictū est q: si tal debuisset fieri dixisset ꝓpha dom⁹ nouissime. Sed q: illa erat dom⁹ in quaz debebat venire sicut venit de eō. messias dixit hmōi. vt de facto barek imelligi q̄ in istā debet venire & nō in alterā. Hūc aūt ꝓbat q̄ illa maioritas fuit q: venit in ea saluator. legim⁹ i ꝓmo ii. esdre. c. iij. q̄ q̄n finitū ē op⁹ dom⁹ se cūde plurimi etiā de sacerdotib⁹ & leuitis & ꝓncipes patrū & seniores q̄ remāserant in illis. lxx. annis q̄ trāsierūt de prima domo ad scōam lacrimabāntur q: nihil videbat dom⁹ scōa in cōparāe ad primā. Sed iuuenes q̄ nō viderant primam gaudebant in aspectu secūde In quo ergo erat maioritas gl̄ie bui⁹ scōe domus nouissime nisi q: in eam venit saluator mūdi. Sapientes iudeorum declarant q̄ maioritas domus secūde fuit q: durauit p decē annos pl⁹ q̄ ꝓma. q: ꝓma durauit p. cccc. x. x. annos & scōa p. cccc. x. xx. ānos videte q̄lis est gl̄ia q: durauit decē annis plus in illis decē vltimis ante destructōnē sam non habebat gloriā neq̄ potestatem quia per sex annos anteq̄ destrueretur domus scōa. Tit⁹ & vespasian⁹ mandauerūt q̄ non facerent sacrificia post aduēū eiā saluatoris nr̄i qui fuit pauco tpe ante destructionem scōe domus fm q̄ ipe dixit Luc. xix. q̄ nō remaneret in ea lapis super lapidem quotidie fuēt de malo in penis. & q̄ gl̄ia erat q̄ ipe durauit decē annis pl⁹ cū ipi manerēt captiui & subditi. Fūt alij sapientes iudeorum qui declarauerunt q̄ maioritas illa fuit quia fuit melius operata q̄s ꝓma salomonis & q̄ illam repauit herodes. Sed bñ debemus intelligere q̄ non attixit herodes ad illud ad quod attingit salomō vt faceret maiorem & meliorez domū Ceterū thalmud in li. qui vocat̄ poma dicit q̄ quinq̄ que fuerunt in ꝓma do-

mo nō fuerūt in secunda. Primus archa testamenti. secundum sembāmefozaō qō ponebant sacerdotes sup cor suū. quia mandauit lex in exodo q cū alijs pānis sacerdotalibus faceret vnū alium pannum qui in hebraico vocat offer qui erat quadratus t duplicatus et q esset quantitatis vnius palmi in longū. et altertius palmi in latum int duplicaturā huius panni ponebat sacerdos sembāmefozaō scriptum i hoc panno mandauit lex q ponerēt. xij. lapides pretiosi in quatuor lineis de tribus in tres ita q tres essent directe in qualibet linea et mandauit q scriberentur nomina. xij. tribuū in illis lapidibus vnum nomen in quolibet lapide. et cum sacerdos ponebat super se hūc pānū volēs scire si trēt ad faciēdū guerrā vl si hēnt victoriā t si trēt q tribꝰ hēt victoriā q virtutē illi⁹ sembāmefozaō statim relucebat lapis t splendebat nomen illius tribus per quam debebat haberi victoriam et si nō oportebat ire ad guerram splendebant quedam līe que dicebant non t si optebat ire relucebant līe que dicebāt sicut istō non fuit in domo secūda. Tercium q non descendebat ignis de celo ad cōburendum sacrificium sicut in prima. Quartus q gloria dei que apparebat in prima domo in sancta sanctorū int cherubin non videbatur in domo secunda. Quintus q in prima veniebat spiritussanctus ad loquendum cū prophetis et in secunda non quia tres vltimi prophete. scilicet Aggeus zacharias et Malachias qui fuerunt in domo secunda erant senes et remāserāt a tempore domus prime et in Malachiam cessauerunt prophete quia ipse fuit vltimus. Nunc ad propositum reducamus exquo in domo secunda deficiebant ista quinq in quo erat maioris gloie q prima nisi quia debebat i ea venire messias filius dei viui qui incompabiliter excedebat omnia predicta. Patet ergo manifeste ex hac prophetia nullā aliā domū siue templus materiale fiendum cum domus illa secunda esset nouissima i qua venit christus qui est vera gloria. Sed arguit vlterius iudeus si tu dicis q hec prophetia fuit impleta in domo secunda quando motum est celum et terra et mare et arida quia non videntur ista facta esse in aduētu ihu nazareni ergo necesse est dare terciā domū qū ista impleantur. Respondeo q imo oia ista fuerunt impleta in aduētu ihu nazareni veri messie. Dicit eñ adhuc vnus modicū. id est tempus breue respectu precedentis duratōis mundi et ego mouebo celū. istud fuit impletū quā do stella noua in natiuitate christi apparuit. Matb. q. et terrā t mare. quod fuit impletū per victoriā romanorum in omni terra t i insulis maris. Et mouebo oēs gentes hoc fuit impletū int nente xpō natiuitate propter quod exiit edictū a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis redactus sū dominio romani imperatoris propter qō ibant singuli in ciuitatē suā t tunc christus fuit natus Lu. ij. Ipso ergo christo aduenīēte multitudo maris ad eū est conuersa celū. reliquor maria sūt cōmota. cōmota unq̄ sunt celi et terre et maris habitatores exultauerūt. q vidi q terrax hierusalē habitationes varias oblationes varias ad laudem ipi⁹ xpi attulerunt. Ad secundum i quo quereb atur si daretur terciū templus materiale quid contineret. dicit iude⁹ q contineret archam. tabulas virgas et mannā. Sed contra hoc est Iere. i ca. iij. Non dicent vltra archa testamēti neq̄ ascēdet super cor neq̄ recordabuntur illius nec visitabitur. nec fiet vltra. sed in tempore illo vocabūt hie

rusalem solū domini et congregabūt ad eum omnes gētes. vbi est glosa doctoꝝ iudeoꝝ q̄ pro tempore hierusalem syon solū domini. iuda. israel sanctuariū. terra. omnia hec vocabula significant gloriā paradisi. Sed tertiū si daretur tertiū templū ad quid seruirent dicunt iudei q̄ seruiret pro sacrificijs faciendis sicut preterita domus. Sed contra hoc dicit deus ysa. vltio. celū sedes mea terra scabellum pedum meoꝝ que est ista domus quā edificabitis mihi et quis est iste locus quietis mee. Respondent iudei domine. dñe ista tercia domus edificabitur tibi pro sacrificijs offerēdis sicut in ceteris domibus fuit factū vt respicias pro peccatis nostris et parcas et dicit dominꝰ eis ad quē respicio nisi ad pauperculum. contritum spiritu et trementem sermones meos. Et exemplificat de sacrificijs antiquis. Dicens qui immolat bouem quasi qui interficit virum qui mactat pecꝰ quasi qui excerebrat canem. qui offert oblationē quasi qui sanguinem suillum offerat. qui recordat thurris quasi qui benedicat ydolo. q̄si dicat ista sacrificia non mihi placent cessare debent. et solū mihi placet q̄ tēpore messie fiendum. id est sacrificium cordis contriti et humiliati ꝛc. Ad quartū in quo q̄ritur si daret tercium templū quis ibi ministraret. Respondent iudei q̄ ibi seruirent sacerdotes de leui et de sadoch. Sed contra hoc est ysa. in eodem vbi loquens de messia dicit. ꝛ declinauit super eā sic fluuium pacis. sequit ꝛ mittet ad gentes in affricam et lydiam et ytaliā et greciā ꝛc. ꝛ faciet ex eis in sacerdotes et leuitas dicit dñs quod implerum est in ihesu nazareno tempore apostolorū. Sacerdotium enim antique legis figura fuit sacerdocij noue legis. Et ideo presente sacerdocio noue legis cessare debet antiquū. Iuxta illō primi Reg. ij. vbi sic agit deꝰ. Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cum esset in egipto. et elegi eū ex omnibꝰ tribubꝰ israel mihi in sacerdotē vt ascenderet in altare meum. sequit. Ecce dies veniūt et precidā brachium tuū et brachium domus patris tui vt non sit senex in domo patris tui. id est presbyter vel sacerdos. et quasi in fine capituli cōcludit. et suscitabo mihi sacerdotē fidelem q̄ iuxta cor meum et animam meam faciat. et edificabo eius domum fideles et ambulabit coram xp̄o meo cunctis diebus vbi euidenter ondit q̄ iudeorū sacerdocium erat finaliter consummandum et erat aliud consurgendum cunctis diebꝰ perduraturis coram xp̄o domino. Iuxta illō psal. tu es sacerdos in eternum scōm ordinem melchisedech. Nec valet fuga infidelis iudei si vellet fugere per institutionem sadoch ꝛ expulsionem abiathar a sacerdotio. tercij Regum. ij. capitulo. quia cum illa exclusionem hanc etiam generalem intellexit prophetа sicut apparet ex modo loquendi quia dixit q̄ cunctis diebus. Certum est autem q̄ cunctis diebus sadoch non ministrauit. necvolo tacere quod sequitur in eadem prophetia futurum est autem vt quicunq; remanserit in domo ma veniat vt oretur pro eo et offerat nummum argenteum et torsam panis. di cat; dimitte me obsecro ad vnā partem sacerdotalem vt cōmedam buccellam panis hic est textus noster. Littera vero hebraica sicut habui a quodam perito conuerso de iudaismo renelante mihi hoc secretum hic habet sic. Ego suscitabo mihi sacerdotem fidelem sicut cor meum et voluntatem meam faciet et venient ad adorandum eum in domo mea in calice argenti et in placentula panis et dicent con-

sange me nunc vni istorum sacerdo-
tum ad cōmedendum hanc placentu-
lam panis lſa hebraica vbi nos habe
mus nummum argenteum habet a-
goratb que ceſb quod ſonat in calice
argenti . Ex quibus manifeſte patet
non ſolū mutatio ſacerdotū: ſ̄ etiaz no
uum ſacrificiuz fiendi in calice argenti
z torta panis que vt clare patet imple
ta ſunt in aduentu xpi et ſuoꝝ ſacerdo
tum de iſta materia latius dicek infra
in .xxiiij. argumento. Ad quintū .ſ. ſi
daretur terciū templuz que dies illud
ſolemnizaret . Ꝛnder iude⁹ q dies ma
gis ſolemnis in illo templo erit ſabba
tum. Sed contra hoc eſt yſaias .c. vbi
ſupza erit menſio ex meſe .ſ. ſolaris ex
lunari z ſabbatuz ex ſabbato: quaſi di
cat dies dñicus ex ſabbato q totū iple
tur in noſtra ihr̄m eccl̄ia militanti tē
pore veri meſſie: non eñ debebat ma
nere feſtiuitaſ ſabbati nec quecūq; alia
iudeoꝝ .vñ yſa.pmo. Neomenia z ſab
batū z feſtiuitates alias non feram ini
qui ſunt cetus veſtri kalendas vraſ et
ſolēnitates veſtras odiuit anima mea
facta ſunt mihi moleſta . Templum
ergo et ihr̄m quod debuit edificari tē
pore meſſie eſt ſpūale ſcz eccleſia vel
paradiſus nō materiale quod imple-
rum eſt in ihu nazareno. In confirma
tione omniū p̄dictoꝝ ſcilicet q nō ſit
dandum terciū templū ſicut legimus
in cronicis impatoꝝ z ſummoꝝ pōtifi
cum. Julian⁹ apoſtata odio fidei xp̄i-
ane p̄cepit iudeis vt templuz ſuū ree-
dificarent: qui ex omnibus mundi pti
bus congregati opus facere incepeſt.
ſed q cum magno labore z per multa
tpa fecerant ſubito corruit terre motu
hec ibi. Iſte iulianus ſuſcitauit .xij. pſe
cutionem xp̄ianoꝝ. Itē tempore mar
tini pape p̄mi Humarus p̄nceps ſar
racenoꝝ veniens ihr̄m vbi olim fuit
templum iudeoꝝ qō p tytū deſtructū
fuerat diligenter iubet inquiri loco ve
ro reperto z diligenter mundato cepit
templū edificare z ſtructura nō ſtabat
imo repente corruebat: ſciſcitans q̄s
cur hoc accideret p quoſdaz iudeos re
perit q niſi crux dñi que erat in mōte
oliueti de medio tolleret edificare nō
poſſit quod factū fuit ſublata eñ cru-
ce domini ſtructura tenuit z humarus
ſupza ſepulcrū domini vnā eccl̄iaz ro-
mandam edificauit p eo q machome-
tus dñm nr̄m ihm xp̄m tanq; deū ſum
mum p̄pham nō aūt tanq; deū adora
ri mandauit. Dicit eñ i Alchorano
ihm xp̄m verū fuiſſe p̄pham natum de
virgine cōceptū de ſpiritu ſancto ſ̄ nō
deū. Et ſi queraſ cur cruce dñi exiſten
te in monte oliueti ſtructura illa non
ſtabat. Ratio eſſe potuit q: non patie
batur de⁹ ibi templū fieri blaſphemie
p̄ciosa dñi cruce ibi exiſtente in quo tē
plo dñ humarus ſacrificaret a quodā
perſa interfectus eſt hec in collectura
hiſtoriarum

## Contendit iudeus p̄bare q ihesus non eſt verus meſſias: q: in eius aduentu non eſt ſaluata iuda

Quintūdecimū argumen⁹ iu
deoꝝ ꝫ xp̄z accipit p illō [illegible]
.xxiij. Ecce dies veniūt dic dñs
z ſuſcitabo dauid germē iuſtū: tranſla
tio caldaica hz .ſ. meſſiā iuſtū ſedeſ i die
bus ill̄ ſaluabiſ iuda z iſr̄l habitabit cōfi-
denſ ꝛc. Sed nūq; tot miſerie accideſt
iudeis ſicut poſt mortez ihu nazareni
ſic ptz in deſtructōe ciuitatis z tēpli er
go non eſt ipe meſſias. Ad illud argu
mētū r̄ndet q illa p̄phecia ē ipleta q̄n-
tū ad illos q̄ fuerūt veri filij iſr̄l z iuda
q̄ ſaluati ſūt ſpūaliter non ſolū q̄ntuz ad
alias ſ̄ etiā corpaliter q: vt dicit in eccleſi
aſtica hiſtoria imminēte deſtructione
ciuitatis p tytum z veſpaſianū admo-

nim sunt fideles qui erant in iudea per angelum vt transirent in regnuz regis egrippe qui erat confederatus romanis in pace. Infideles aũt qui libierẽt nõ credentes in xpm suã miserĩam de suo pctõ meruerũt. Huic cõcordat responsio venerabilis mgri petri alfonsi i suo dialogo tit.ix. vbi dicit q promissio eis dumtaxat est facta q crediturꝰ erãt de israel atqz iuda vñ t incredulꝰ nõ est cõpleta quẽadmodũ ppõ israel õ egipto educto quidã qz peccauerũt t a preceptis dñi recesserũt terrã promissionis nõ intrauerũt quã promisit dñs moysi dicens descendi vt liberarẽ ppm meũ de manu egiptiorũ vt educerez de tra ssla in terrã bonã t spaciosam ꝙcos in desero mortui sunt.hec ille. Impleta ẽ ergo xpõia nõ in infidelibꝰ qui non sunt xpne filij israel t iuda ꝙ in fidelibus. Fuit etiã impleta in domo sctã qz de ea loquit xpõa.vel pt dici q illa saluatio t cõfidentia est de gloria celesti qz ibi habitant confidenter t sunt q fecte salnati.

## Contendit iudeus probare q iesus nõ ẽ verꝰ messias quia non habuit filios neqz semen.

Extũdecimũ argumentũ faciunt iudei ex illo Isa.liij. vt debit semẽ longeuũ qõ intelligit de messia.t in po.ponã in seculũ scti semẽ eius.nũc aũt nõ legit ihm nazarenũ habuisse filios nec semen ergo ihe nõ est messias. Sed istud argumentũ rũdet q ibo nazarenꝰ habuit filios t semẽ nõ corpale ꝙ spũale.t hoc sufficit ad verificandũ illã xpõiam qz verus messias ibo descẽdit de semine spũali nõ corpali.quod patet qz pria promissio facta de messia fuit facta abrahe Gen. xv. In semine mo inquit tibi dño. bñdicentur oẽs gentes t subdit quod sibi dixit dñs in ysaac vocabit tibi semẽ et tamen constat q ysaac conceptꝰ est ẽx spiritũ nõ ẽx carnẽ sicut ysmabel vt dicit apls ad Gal.iiij. A fortiori igit̃ t multo magis xpõ qui non ex virili semine sed mistico spiramine. quia ergo verꝰ messias ibs fuit natꝰ totaliter ẽx spiritum de virgine sine viro. suffi cit sibi q habeat filios spũales et gloria hebraica super illo in ysaac vocabit tibi semen. Dicit hic notãter duo secula vnum legis aliud xpi et messie.in seculo legis fuerunt semen t filij carnales i seculo xpi spũales sicut ysaac ẽx spiritum natus est et de istis filijs loq̃tur dauid.ps.xliiij.qui ad literam etiã ẽx expositorꝰ iudeoꝝ exponit de rege messia in quo dicitur sic pro ptribus tuis nati sunt tibi filij t. sicut enim ipse non debebat hereditare regnum a pre carnali sic nec debebat regnuz temporale dimittere filio carnali q ostendit humiliatꝰ t mundicia ipiusꝰ forte ratione istius fuit et est consuetudo iter xpianos q papa qui est vicarius chri sti non est heres regni sui patris nec dimittit hereditatẽ filio suo quia ipsum habere non potest.

## Contendit iudeus probare q ihesus non ẽ verꝰ messias qz lux lune non ẽ fcta vt sol nec sol vt lux septem dierum.

Decimũseptimũ argumentũ iudeoꝝ est de sole t luna qm̃ i diebus messie vtz Isa.xxx. erit lux lune sicut lux solis.t lux sol erit septẽpliciter sicut lux septẽ dieꝝ in die qua alligauerit dñs vulnꝰ ppli sui. Respõdetur ẽx peritum vir peritum alfonsi in dialogo titu.ix.q non est gens i mũdo stolidioꝝ iudeis q putant q corpus vel lumen lune deus augeat sine solis Sol enim si quantꝰ nunc est maior esset dupliciter totum pfectũ hoc in cõburerent nedũ si septẽpliciter q sit tamen se

ptemplicīter magis esset oculos nimi rum nōs nimio splendore obtondēt. lumen etiā lune si splendori solis par fieret nemo iam vltra quiesceret semp eñ dies esset. Per lunaris igr lucis si ne solaris augmentū voluit ꝓpha itel ligi fidem z gliam in xpm crediturox ac si diceret fides illoꝝ z gloria multi pliciter maior erit z periucidior q̄ mo dernox. z q nō de luna vel sole isto vi sibili. Sed de xpianox credulitatꝫ glo riaz splendore ꝓpha loquatur in seq̄n tibus restatur cū subiungit nō erit tibi amplius sol ad lucendū p diē nec splē dor lune illuminabit te ꝙ erit tibi dño in lucē sempiternā z deus tuus in glo riam tuā. z nō occidit vltra sol tu⁹ z lu na tua nō minuet q: dñs erit in lucem sempiternam. Nam si de sole vel luna ꝓprie diceret hoc quidē qō dicit si erit tibi amplius sol ad lucendum per diē nec splendor lune illumīabit te illi qō supra dixerat contrariū esset. erit. scili cet lux lune sicut lux solis. z lux solis erit septēplicit. Patet ergo q de splē dore et gloria fidei ꝓpha sancte ecclesie hic loquitur quod ex conseq̄ntib⁹ desi gnatur cum subditur. sed erit tibi dñs in lucem sempiternam z dñs deus tu us in gloriam tuam. ac si diceret neq̄ q̄ vltertus luce credulitatis vestre b⁹ qui est similis solis istius transitorijs & lune indigebitis fulgoribus. Gloria quippe lucis sue vos eternalit illumi nabit dñs. sed et quod sequitur. nō oc cidet vltra sol tuus et luna tua nō mi nuetur si hoc inq̄ ista vt est intelligere tur. scilicet vt solis splendor ac lune soret continuus non esset iam dies vel nox mensis vel annus que oia sol⁹ lu ne proueniunt vicissitudinib⁹ ergo nō imerito ō luce et gloria fidei nre q̄ nec minuetur nec occidet spūaliter dictuz intelligimus. Hec ille. Nonus cōuer suo bene locutus est. Vel aliter fm ni colaum de lyra dicendum est q loqui tur prophera de aduentu xpi ad iudi cium tunc mutabuntur z immutabun tur quodammodo corpora celestia. et tunc saluabitur vulnus populi z pres sura plage eius q: destruetur mortali tas per peccatū primox parentū idu cta q: oēs homines resurgent ad vitā im mortales. vtraq; expositio videt neces saria vt pfectio glorie xpianox ostēda tur. s. in pñti quo ad primā z in futuro seculo quo ad secundam.

## Contēdit iude⁹ probare q ie sus non ēver⁹ messias q: i eius aduētu non ē sublatū ceptrum ab israel.

Decimū octauū argumētū iude ox est messias nō ē vēr⁹ quo nisq; sceptrū isrl' sit ablatū ꝙ nō dum est ablatū sceptr israel ergo non dum venit messias. Maior ꝓz Gen. xlix. nō auferet sceptrū de tribu iuda ꝛc. minor ꝓbatur q adhuc manet po testas seu dominiū iudicandi causas z determinādi apud capita transmigrā cium qui sunt in babilonia que locuz regis tenent sup totum ppl'm israheli ticū vt habet a Rabimoyse egyptio li bro de iudicib⁹ in determiatōib⁹ suis de canhedrin. iij. c. vbi sic dicit capita transmigratōis que sunt in babilonia locū tenent et possunt dñari in bier'm z vbiq; terrarū z iudicare sup eos siue velint siue nolint sicut scriptū est. non auferet sceptrū de iuda. per istud eñ sceptrū intelligūtur capita transmigra tionis q̄ sunt in babilonia. hec ille. Re spondet q minor huius argumenti. s. q sceptrū israel nondū est ablatū non solū est manifeste falsa fm euidentias facti sed est etiā notorie ficta seu mēdo sa: z p ꝓbo contra ꝓpheticā veritatē. vt notat inḡ paul⁹ in suo dialogo di. iij. c. ij. Primū patet ex hoc. Nam babi-

lonia in qua asserunt iudei esse capita transmigrancū habentū tales ptātes et dñia sup totū ppl'm iudaicū manifestum est q̄ iam a magnis tribus citra est destructa ⁊ inhabitabilis reddita ⁊ hoc fuit ꝓphetatū de ea Isa.xiij.c. vbi sic habetur. Et erit babilō illa ciuitas gloriosa in regnis.inclita in superbia caldeoꝝ.sicut subuertit dñs sodomā ⁊ gomorrā.nō habitabit vsq̄ in finem et nō fundabit vsq̄ in generatiōem generationē.constat q̄ in terra inhabitabilit destructa null⁹ cōmorat ⁊ multomin⁹ est credibile q̄ sūt ibi iudei dñantes super totaz isr'l sicut asserunt iudei. Secundus aūt.s.q̄ minor illa sit ficta seu mendosa patz ex hoc nam fm predictū rabimoysen ⁊ cōiter fm oēs doctores iudeoꝝ extra terram ꝓmissionis nō pt nec licet nec aliqñ licuit alicui iudeo iudicare iudicia criminalia.de quibus.s. est mutilatō membri humani aut occisio. Constat autez q̄ qui non habet iurisditionem in talibus nō potest iudicare nec capitaliter punire blasphemū vel ydolatrā.homicidam adulterum nec alium quēcūq̄ incurrentem talia crimina que grauissima sunt fm legem mosayca.m. Et sic exceptis illis ⁊ similibus cetera sūt leuia. Ex quo sequitur q̄ illa capita trāsmigrationum que iudei dicunt esse in babilonia non possūt iudicare de gravibus seu capitalibus criminibus cuz sint extra terram promissionis sed tm de leuibus et paruis quoniaz respectu non possunt dici habere sceptrum nec potestatem regalem prout dicunt iudei. nec possunt dici q̄ teneāt sceptruz seu locū regis sed tales essent sicut iudices inferiores habentes modicā potestatez. Manifestum ergo est q̄ rabi moyses ⁊ alij rabini qui asserunt q̄ in babilone sunt capita transmigratonū habentia potestatem regiam super totum populū iudaicū manifeste mentiuntur cū illud asserunt quod est contra mentē suā omnes em̄ concorditer tenent q̄ extra terrā ꝓmissionis nullū iudeoꝝ pertinet talis potestas. Est etiam scōo ꝓdicta minor contra ꝓphetiam veritatē.legit em̄ Osee.iij.ca.sic. Dies multos sedebunt filij israel sine rege ⁊ sine ꝓncipe ⁊ sine sacrificio et sine altari.que quidē auctoritas tā fm expositores iudeoꝝ q̄m nostros intelligitur de statu iudeoꝝ ⁊ captiuitate hodierna. Et sic patet q̄ asserere iudeos habere in babilonia vel alibi temporibus captiuitatis principem vl regē seu aliquod hmōi est contra ipam euidentiam rei ficticium et mendosuz ac contra ꝓphetiam veritatem.

## Contēdit iudeus ꝓbare q̄ iesus nō ē ver⁹ messias q̄ non venit in tpe quo fuit sceptrū ab israel sublatum.

Decimūnonum argumentū iudeoꝝ est si ihs nazaren⁹ fuisset verus messias debuisset venire tpe q̄ fuit ablatū sceptr̄ iuda q̄ nō vēit i illo tpe ergo si ē ipe messias. Maioꝛ pz ex aucte allegata ꝛ. Minoꝛ ꝓbat q̄ si sceptr̄ iuda fuit ablatū ꝫ fuit ꝓ machabeos q̄ nō erāt ō tribu iuda q̄ ō tribu leui. Erāt ei sacerdotes ⁊ totū ppl'z gubnabāt illi i tēplo scōo q̄ fuit p trecentos annos ⁊ vltra añ aduentū ihu nazareni vz i hystoria Josephi ⁊ alijs Cū igr ihs nazaren⁹ nat⁹ sit tpe herodis regis q̄ machabeis successit in regno iudeoꝝ ꝓstat q̄ nō venit i tpe ꝓnūciato q̄ patriarcham. nā longe añ te.n

pus herodis in quo tpe xp̃s natus est iam erit ablatū sceptrū de iuda vt dcm̃ ē trāsierat i machabeis q̃ erāt trib⁹ alteri⁹. Dic dak duplex rñsio. Pria ē q̃ hi machabei fuerūt sacerdotes t p ꝓs ō tribu leui. tñ fm lineā maternā erāt de tribu iuda. Et ió p gubernatoꝛ eoꝝ nō erat ablatum sceptrū de iuda. tñ quia hoc non posset clare probari. Jdeo ad argumēta concessa maiore. Ñ fidetur ad minorem fm alios plant⁹. Ad qō sciendū vt hr̃ Num. xj. c. tpe moysi de mandato dei fuerūt congregati. lxx. seniores ysrael vt essent coadiutoꝛes i regimine ppli cū ipo moyse. t extūc fm oēs doctoꝛes iudeoꝝ sp fuit in iudaismo collegiū seu consistoriū qō diceba tur cāhedri ad qō oēs difficultates seu dubia fidei t legis q̃nientabant t simr̃ cia magna t summa iudicia seu cōtroversia de quib⁹ intelligit cōiter illud Deutro. xvij. Si difficile t ambiguū apud te iudiciū esse pspexeris inr̃ sanguinē t sanguinē crimen t crimē cc. t i ira surgeꝛ ascēde ad locū quem elegit dñoꝛ seqr̃is sniam eoꝝ nec declinabis ad dexterā vel ad sinistrā. qui ḋdē cāhedrin a tpe dauid cc. citra residebant principaliter sub regibus t ducib⁹ iude in iherusalem. t postea in babilonica captiuitate. Dum ibi essent reges vl duces de iuda. conseq̃nter in reditu dcte captiuitatis residebant in iherusalem sub ducibus de tribu iuda dum essent t durabat ptās eoꝝ etiā nō existē te rege vel duce de iuda ꝑ put ptās alicui⁹ capti vacante sede dabat. t sic auctoritas t ptās cāhedri durauit etiaꝫ tpe machabeoꝝ t vsq; ad. xl. annos aī destructionē tēpli scōi in quo tpe cessauit ex toto eoꝝ ptās seu iurisdictiō eo q̃ tunc tpis interfecit herodes omnes rabinos seu mgr̃os sil⁹ collegij ꝑ put hr̃ i libro cāhedrin iheroſolimitano in. c. de iudicijs peculiar. Jtē hr̃ in libro abundasar. c. ꝑmo. vñ ꝓnunc ꝙre sit ablatū si solū sceptrū de iuda ꝯ etiā scriba de filijs ei⁹. quod quidem tēp⁹ concurrit cū tpe passionis ihu xp̃i dñi nr̃i. qui fm oēs p. xlij. annos ante destructionē templi secundi fuit passus sicut regnū herodis q̃ fuit alienigena in cui⁹ tpe titul⁹ regius a toto genere iudeoꝝ fuit ablatū fuit valde ꝓpiquū tempori natiuitatis xp̃i ihu. Ex q̃bus patet q̃ tpe herodis vt dcm̃ est in quo tpe verus messias venit ex toto sceptr̃ iuda fuit ablatū t ꝓphetis adimpleta Et si forte dicat iudeus q̃ in p̃dicta responsione videnr̃ assignare duo tēpora. s. q̃n ablatū fuit sceptrū iuda herode regnante qui alienigena erat. Et tē pus q̃n ablatus fuit dux seu scriba, de filijs eius q̃od vt dictū est fuit impletum quando herodes occidit rabinos seu mgr̃os legis qui dicebantur cāhedrin qui non videntur fundare in aliqua auctoritate autentica. nec concordare verō patriarche suprādicti iacob cum ip̃e non assignauerit duo tempora. sed tantum vnum dicens donec veniat qui mittendus est. scilicet messias fm quod dicūt christiani et scōm trāslationem caldaicam. Ñ respondet fm historias thalmudicas q̃as iudei tenentur tanq̃ autēticas habere duo fuerunt ablata de tribu iuda in diuersis temporibus licet non multum ab inuicem remotis. vnum est sceptrum regni quia herodes ascalonita cum esset nō solum alienigena. sed etiam seruus de domo machabeorum et de fcō regnasset in iudea et in hierusalem. Jdcirco timens q̃ cum regnum ei non competeret de iure eo q̃ legitur Deutro. xvij capitulo. de medio fratrum tuoꝝ ponet super te regem nec poteris ponere super te alienigenam. possit ꝓ tē pore aliquis consurgere de stirpe dauid et eum de regno expellere. Jdeo

interfecit omnes quos potuit habere de genere regio in qua occisione ablatum fuit sceptrum de iuda presertim fm estimationem populi cōem. t ipi herodis qui credebat nullus de stirpe regia in iudea remāsisse. Sed sceptro ablato mō dicto adhuc remanebant canchedrin q dicunt doctores seu scribe q residebant sup herodem sicut alias residebāt sub regibus seu ducib? israelitis. sed postea fuerūt ab herode interfecti cāchedrini oēs. t tūc xpc fuit ablatus scriba de filijs iuda que omnia supradicta in libro qui dicit babacra. ca. j. t in libro canchedrin hierosolimitano t in libro abodasera sup allegato habent. Patriarcha igit iacob sptu dei ista prognoscens xpc dixit. non auferet sceptrū de iuda i hoc assignās primā ablatōes dictā ad titulū regū pmentē. Cōsequenter dixit t scriba ō filijs eius in hoc signans scām ablatōem canchedrin dictā. Que q̄dez duo in diuersis tpibus cōtigerūt ab herode seu herodianis. Et attendēdus q ō prima ablatōe sumus certificati p hystorias thalmudicas allegatas si tñ de tpe quo cōtigit p eas certificamur Per hystorias aūt nras. s. euāgelicas certificamur nō solū de occisione ñ etiam de ipius tpe. Traduntur. n. herodes occidisse quoscunq; potuit in bethleē. a bymatu. t infra. t hoc cū nam esset iesus in bethleē iuda Math. ij. De secunda ō occisione. s. canbedrini t de tpe quo contigit sumus certificati q hystorias in libris allegatis. quod fuit per. xl. annos ante destructōnem templi secundi. Et sic patz ex predictis q non fuit ablatum sceptrum de iuda ō herodes nec dux seu scriba de filijs eo modo dicto donec venit messias. vt dictum est. hec ex predicto dialogo magistri pauli vbi supra.

## Contendit iudeus probare q? iesus non est verus messias quia in eius aduētu non venit in nubibus celi.

Q Uestimū argumentū iudeorū est acceptum ex illo qō dr Dan. vij. aspiciebā in visu noctis t ecce in nubibus celi quasi filius hoīs veniebat ꝛc. Et fm oēs doctores catholicos loquit ibi de aduentu xpi. ꝙ iesus nazarenus nō venit in nubibus nec in tali potestate qualis ibi describit. ergo nō fuit xpc. Hūder hic Nicolaus ō lyra q? scriptura loquitur de duplici aduentu xpi. s. in mundū t ad iudicium Primus aduentus xpi describit cum humilitate. t secundus cū maiestate. Daniel aūt loquit de secūdo aduentu Vnde ibidē dicit. Aspiciebam donec throni positi sunt. t sequit ibidem iudicium sedit t libri aperti sunt. Judei āt excecati nesciunt hunc duplicē aduentū distinguere. t ideo errant multipliciter. quia aliqui expectāt xpm in aduētu suo statim apparere in tanta virtute t potestate q? possit sibi omnia terrena subijcere t eos liberare t regnum suū restituere. ꝓpter qō t discipuli xpi post eius resurrectōem querebāt dicē. j. ca. Dñe si in tpe hoc restitues regnū israel ꝛc. Alij aūt ꝓpter scripturas que manifeste loquūt de xpi humilitate et passione. t ꝓpter illa q̄ loquunt ō eius eminentia expectant duos Messias. vnū qui dicit filius ioseph t iste passurus est t occidendus. Alius qui dicit filius dauid qui messiam filius ioseph resuscitabit t regnū israel restaurabit Sed illud dictū de scripturis non habet auctoritatē. licet. n. plures dicti sūt messie fuisse vncti qō idem est ptic̄patiue. vt dauid t saul t alij dicti. nullus tñ dicit in scriptura venturus ad salutem ppli nisi vnus. Item istud dictum

ꝑ quanto habet apparentiam impletum est in xpo qui fuit filius Joseph putatiuus ⁊ sic vocatus. vt ptz in euāgelio. Est etiam filius dauid fm carnē sicut patet ex ꝓdictis.

## Contēdit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias qz adhuc manet regnū romanoꝝ

VIcesimūprimū argumentū iudeoꝝ cōtra xpm sumit ex quarto regno qđ nominauit dan. in ca. vij. Sup quo sicut dicit mgr alfonsus cōuersus i libro belloꝝ. ri. xiij. Alii qui glosatores indeoꝝ dixerūt ꝙ illō quartū regnū est regnuz romanoꝝ. ex quo arguūt ꝙ adhuc nō venit messias qz vident regnū romanoꝝ stabile ⁊ ipi vocant xpianos romanos ex nomine ciuitatis romane que caput est regni sui. ibi est sedes pape ⁊ caput eccie. Et tenent indei ꝙ rex messias habebat venire in fine regni xpi. cuius regnū semp iternū erit. vt ptz. c. eodē. ⁊ qz credūt ꝙ gens romanoꝝ est gens edom. ⁊ ꝙ Julius cesar fuit de edom. ⁊ sic alij oēs reges qui fuerunt post eum in roma. Jungunt etiā eum hoc ꝓphetam hiemie Treñ. iij. gaude ⁊ letare filia edō que habitas in terra hus. ad te quoq; puenier calix. inebriaberis atq; nudaberis cōpleta est iniquitas tua filia syō non addet vltra vt transmigret te. Ex oibus his inferūt indei ꝙ nō debebāt redimi completa receptiōe. postq; scilz nulla captiuitas sequeret quousq; fieret cōtritio ⁊ destructio illoꝝ ō edom quos ipi dicunt esse romanos qui seruant legem iesu nazareni. Et sup ꝓdicta autē Hieremie dicit rabi salomō ꝙ ibi Hieremias ꝓphetat destructōez romani imperij eo ꝙ destruxit tēplu ⁊ captiuauit populū iudeoꝝ tempe tyti ⁊ vespasiani. ⁊ sic per filiam edom intelligunt romani seu populū romanū cum dicitur. gaude ⁊ letare filia edom quasi dicat istud gaudiū quod habuisti in destructiōne ciuitatis ⁊ templi in tristiciam conuertet. quia ad te veniet calix vindicte diuine. Quia ergo non duz est destructum romanū imperiū ideo dicunt ꝙ nondum messias venit ⁊ istud argumētū est inter cetera in q magis se firmant indei expectantes q̄tidie destructōez romani imperij. quo facto dicunt statim messiam venire. et ideo quotidie orant ꝓ destructiōne romani imperij. ⁊ pīertim ꝓ destructiōe eccie xpi ⁊ discipuloꝝ eius. vt ptz per quandā oratiōnem que quotidie ab eis dicit in suis synagogis. in qua int̄ que dam alia exprīsse dicitur. Omnes hereticī subito pereant. que verba rabisalomon ⁊ rabi moysen. ⁊ ceteri sic exponunt. Isti hereticī sunt discipuli nazareni. Ad istud argumentū respondetur fm ꝓdictum mgri alfonsum eodem libro ⁊ titulo. Primo declarādo falsum esse romā siue populum romanum esse filiam edom ꝓ eo ꝙ regnauerit super eos homo qui fuit de edom. sicut ipimet indei non vocantur romani nec edomite ex eo ꝙ regnauit super eos herodes qui fuit de gente edom ⁊ de terra rome. Item qz edom alio nomine dictus est Esau Gen. xxv. ⁊ sic edom descendit de sem filio noe ꝓ ysaac. cuius filius fuit esau. Tota. n. europa i qua est roma dicit populata fuisse a filijs japhet. ꝓpter quod non videtur rōnabiliter dictuz ꝙ ꝓ edom significetur romanū imperiū. Sepe eñ accidit ꝙ diuersa loca eodē nomine nominant propter quod multi decipiūt exponentes de vno quod de alio intelligitur. verbi gratia. certum est ꝙ terra edom fuit ad ptem meridionalez versus mare andaluse per quam filij isr̄ transeuntes per desertum cum exierē

de egypto venerunt: ⁊ in eadem terra edom fuit mons synai ⁊ mons horeb vbi vbi mortuus est aaron. ⁊ ibidem erat francia quam dicūt iudei in hebraico carphat que nominatur in terra edom in prophetia abdie vbi dicit transmigratio exercitus hui⁹ filio⁹ israhel oia loca chananeo⁹ vsq; ad sareptam. Ista hebraica habet vsq; carphat in qua fecit helias qđ dixit sibi dño. surge ⁊ vade in carphat que est in sydone. ⁊ iterū surrexit ⁊ iuit in carphat. Et p̄z manifeste q̄ per hoc qđ dicit carphat que ē in sydone in terra ō edom datur intelligi q̄ est alia carphat alibi sita. ⁊ ista ē regnum francie quod est ad aquilonē ecce ergo habemus vnam franciaz in terra edom. Item hyspania que dicit in hebraico capharat. ⁊ de qua dicitur abdie in ca. eodem infra transmigratō istius que est in bufforo ista hebraica dicit caphar at. erat etiam ꝓpe illam franciam que dicebat carphat. que erat in sydone in terra edom in qua hyspania siue caphar at mortuus fuit antipas filius herodis in vinculis ryberij cesaris ſm q̄ dicit Josephus. ⁊ sic vocauerit aliqui sapientes hyspaniā terre edom in quo dederunt intelligi q̄ nō est illa hyspania que vocat in pte andalusie at que ꝓpinqua alteri francie que ē ad p̄tem septentrionis que non est de terra edom. Inuenitur. n. scriptuz in libris erarū egyptio⁹ q̄ terra andalusie fuit vocata hyspanie nomine primi regis: qui habuit hoc nomen hyspan. q̄ venit de hyspania que est in terra edom. Sic etiam dicendū est de roma que in hebraico dicit bosra que ē terra edom ſm illud Esa. lxiij. Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestibus de bosra est vltra mare ꝓpe terram israel. Et dicitur in libro Zorobabel q̄ bosra erat magna ciuitas nimis. ⁊ sic non ē ista roma in qua est apostolicus. q̄ illa roma que in terra edom iam fuit deserta quando fuit destructa babilonia. quia edom ⁊ moab ⁊ ammon ⁊ multe alie gentes venerunt cum rege babylonie ad destruendū israel. ⁊ ideo receperūt penam cum eo. Dico ergo rādendo sicut dixit Nicolaus de lyra q̄ p̄ filiam edō intelligit ipa ydumea ab ipo esau ꝑ quē dicta est edom denominata. ⁊ inuehit hic specialiter ꝓpheta cōtra ydumeos qui debuerant diligere filios israel eo q̄ descendebant a duobus fratribus veritis. ſ. Jacob ⁊ Esau. ⁊ ipsi magis ecōuerso habuerunt eos odio: ⁊ in destructione urbis fuerunt cū chaldeis vt dictū est gaudentes de illa destructione. Ideo dī in auctoritate gaude ⁊ letare filia edom. quasi dicat. ista letitia tanq̄ iniusta in tristiciā conuertet que habitas in terra bus. ista bus non est illa de qua natus fuit Job. vt habetur Job. j. sed illa eiusdem nominis existens in regno ydumee. q̄ sicut dictum est frequenter in scriptura reperitur q̄ due ciuitates ⁊ loca in diuersis posita eodē nomine equinoce nominantur. Judei moderni dicunt q̄ inuenerunt in quadam glosa chaldaica q̄ grecia est terra bus. Constantinopolis vo filia edom. ⁊ quia predicta ciuitas ecclesiastica a turcis. Dicunt q̄ iam est completa iniquitas filie syon. ⁊ sic nunc expectant messiam venturum. Istud etiam est falsum. ſ. q̄ bus sit grecia. ⁊ consequenter alia quod ꝓbatur sic. quia vt scribitur Gen. q. nunciatū est abraam q̄ Melcha filios genuisset nachor fratri suo bus primogenitū et buz fratrem eius chamuelē patrez syrorum. ⁊ sunt tres ꝓuincie connuncte denominate ab istis tribus fratribus. Caput terre bus fuit reblata q̄ postea fuit vocata antiochia. ⁊ iste ꝓuincie sūt remote a grecia vltra. xxv. dietas. ⁊ sic ꝑ hoc ꝑz q̄ grecia nō est bus. Itē caput

grecie est constantinopolis. ⁊ iudei in suo hebraico vocant grecia yenā. ⁊ sic non possunt dicere q yenam est terra huo fm q declarant ꝓdictā ꝓpheciam ⁊ sic patet manifeste falsum eoz dicūt q ꝯstantinopolis ciuitas est terra huo ⁊ discurrentes per deuia quecq retorquentes textus scripturaruz facti ceci dixerunt terminū signatū adimplendo nis huius ꝓphetie i anno dñi. M.cccc lviij. qui est fm eos a creatōe mūdi q̄nq milia ducenti decē ⁊ octo. Vñ dixit rabi abraā filius rabi hya qui habitabat barchinone declarando in quoddā libro quem fecit qui vocat megilna a megala qō interpretat lra discoopeta q messias debebat venire anno a creatione mundi quinq milia centū decē ⁊ octo. quē numerū ipi ponūt in computo lrarū sui abcdariū. numerādo. q ⁊ cū venit ꝓdictū tps inuenerūt falsuz dictum illius. Et iō dicūt moderni iudei q ille errauit. q vbi posuit quia debuit ponere ria que facit in nūero ducenta decē ⁊ octo. q. q. vt cos qō idē ē i suo alphabeto facē cētū. ⁊ ria qō idē est q r. vt reo facit ducētos. ⁊ cū iste sit annus vt dictū est fm cōputū eoz a creatione mūdi q̄nq milia ducenti decē ⁊ octo. Jō affirmabant venturū eē messiam anno ꝓdicto. qō patuit ⁊ ptz esse falsum. Vnde bene dixit de eis dauid In circuitu impij ambulant sicut bestie molendini oculis velamine coopertis. que nihil aliud inuenīūt de sero qñ cessant ambulare in pfectu vie q̄ qñ inceperūt. ptz ḡ falsitas illius expositionis q grecia sit terra huo ⁊ ꝯstantinopolis filia edom. Sed fm veritatē. vt dañ est filia edom ⁊ regnū ydumee ab eodē denominatū. ⁊ huo est ciuitas in eodē regno qō regnū dicit habitare in terra huo. q: illa terra est famosa in regno illo cuius metropolis siue caput erat reblata. s. antiochia. Dz dicer dicit

forte iude⁹ cuius filia edom est regnū ydumee. ⁊ tu xp̄iane dicis q ista ꝓphecia est cōpleta. qñ ergo fuit cōpleta inebriata ⁊ mudata. Hūsio q illa ꝓpheria ipleta fuit tpe regis hircani q fuit potentior rex machabeoz. q: tūc fuit destructa tota terra ydumee ⁊ eduxit. xxx milia illoz quasi captiuos q custodirent muros irlm. Et dicit iosephus q in illa die facta fuit magna letitia. q: s. fuit destructa ⁊ punita tota terra ydumei. Et dicit hic rabi vsua filius leui glosando sup hoc passu q illa die fuit festū maior letitia in templo q̄ vnq fuerit facta. Dicendo q bethsean terra sua ⁊ oēs alie terre ydumee q nō fuerūt subiugate subiectōi tpe iosue nec alioz iudicū. nec in tpe regū israel ⁊ iude fuerūt victi ⁊ captiuati tpe h⁹ regis hircani. ⁊ dicit q in illa die cōpleta fuit ꝓphia abdie. ꝓphetevbi dr. ascēderūt saluatores in montē syon iudicare mōtē esau ⁊ erit dño regnū. Et dicit etiā iosep⁹ q illi de edom filij esau cōuersi fuit ad iudaismū tpe ꝓdicti regis hircani. et fuerūt circūcisi ⁊ nō recesserūt ab eis tpe tyti ⁊ vespasiani. q̄ q sp mānserūt in dei deincepo. Et iō fuit remōoratū pec catū iudeoz filioz esau. ⁊ ceciderūt in captiuitatē qñ fuit ꝓpleta iniq̄tas filiorū iuda q̄ pmanserūt iusti in aduentu messie dicti nazareni fm q ꝓphetauit Hieremias vbi supra dicendo. Cōpleta est iniq̄tas tua filia syon. nō addet vltra vt transmigret te visitabit iniq̄tatē tuā filia edom. ⁊ nō inuenit gens malicie que sit in ira dei tanto tēpe. fm q dictū fuit de edom. nisi iudei ꝓpter quos fuit dictū q sp deberent eē in ira dei. Et iō plurit deus has duas gētes scz edom puersoz ⁊ iudeoz q debebāt perdi ⁊ semp esse in ira dei. sicut dixit Hiere. in ca. vj. Cadent inter corruentes tpe visitatois sue corruent dic dño ⁊ fuit pdita mēoria noia edom. ⁊ mag

sit memoria nominis iudeoꝝ. qꝝ illi ō edom conuersi fuerunt ad legē iudeorum. ⁊ qꝝ inuenimus edom bis punitum esse. primo in tpe nabuchodonosoꝝ ante ꝓphetam malachie. Secūdo post ꝓphetam malachie tpe regis hircani. De prima fuit dictū Malachie. j. qꝝ si dixerit ydumea destructi sumus. sed reuertētes edificabimus que sunt destructa. hec dixit dñs exercituū. isti edificabunt ⁊ ego destruā. qꝝ dixit instructi sumus sicut si esset iam ꝑterita illa punitio quā primo habuerūt tēpe nabuchodonosoꝝ fm qꝝ dicit etiā cap. eodē. Esau āt odio habui ⁊ posui montes eius in solitudinē. ⁊ ꝓpter eū etiam dixit in ꝓphetia abdie legatū ad gentes misit. surgite ⁊ cōsurgam⁹ aduersus eum in ꝓlium qō dixit de futuro ꝓpter secundā punitōem. quā debebant habere tpe hircani regis. ⁊ ꝓpter ipm dixit in ꝓphetia abdie. ⁊ erit dōs iacob ignis ⁊ domus. Joseph flāma ⁊ domus esau stipula ⁊ succendet in eis ⁊ deuorabunt eos. ꝓpter qō intelligit qꝝ nō debebant illi ō edom habere destructōem tertiam. quia in secunda debebant esse in ira dei impperuꝝ cum aliis iudeis consocijs eoꝝ qui sil' pmā seruant tpe titi. Et dato qꝝ adhuc regnū romanoꝝ esset ō nūcio illoꝝ quatuoꝝ regnoꝝ ō quibus dicit in libro danielꝫ vt in argumēto fuit dictū ⁊ qꝝ romani essent regnū edom. qꝝ regnauit super ipsos romanos bō ꝙ fuit de terra edō. nō sequit qꝝ ex hoc ꝙ vim hꝫ dici qꝝ qꝝ adhuc illud regnū est stabile sicut cogitant iudei qꝝ ꝓterea adhuc debꝫ venire rex messias. qꝝ nō fuit intentio ꝓphetarū in destructōe regni babyloniē que fuit dicta in ꝓphetia danielis ⁊ in ꝓphetia hieremie qꝝ post septuaginta annos captiuitatis iuda nunq̄ amplius essꝫ homo qui regnaret super regnū cazdym ⁊ sup ciuitatē babylonie ⁊ terram circa iacentē. qꝝ ille ciuitates ⁊ terre sue in suis locis ꝑmanserunt. ⁊ si aliqne ville illarū fuerunt destructe non tamen omnes fuerunt deserte. ⁊ adhuc ille que fuerūt deserte ꝓ maiori ꝑte omnes fuerunt populate. Sꝫ intentio ꝓphetarū fuit qꝝ non esset vltra sup cazdym nec sup babylonē nec sup suam terram aliquis rex qui esset de genere nabuchodonosoꝝ nec de gēte sua Item in tēpe futuro regni medie erat intentio ꝓphete qꝝ non esset vltra rex ꝙ esset de genere darij nec de gente sua. Item in tpe quo fuit postea regnum persūe erat intentio ꝓphete qꝝ non esset amplius rex de genere tyri nec de gente sua. Item in tempe in quo habebat esse regnū Jauam. i. grecie erat intentio ꝓphete qꝝ non esset vltra rex de genere alexandri nec de gente sua. ⁊ simili modo tempe quo in futurū deberet esse regnū romanoꝝ fm qꝝ ipi dicunt deberet esse intentio ꝓphete qꝝ non haberet ibi amplius esse rex de genere iulij cesaris primi. ⁊ Gayi ⁊ Titi. nec aliorū qui crediderūt in eoꝝ fidē. Exquo ergo reges romanoꝝ non crediuit mō in fide Julij cesaris Gayi nec Titi. qa ipi seruiebant idolis. ⁊ etiam qꝝ Constantinus cesar dimisit regnū romanorum seruio Jesu nazareni. ⁊ apostolicus qui est dominus rome nō fuit vocatus deinde cesar nec venit ō genere cesaris. oportet necessario dicere qꝝ iaz transierunt omnia illa regna dicta in libro danielis excepto regno iesu nazareni veri messie quod firmissime durat ⁊ habet durare sine fine. Et iō optꝫ dicere necessario ꝙ tam venit rex messias ꝙ venturus erat tempore illoꝝ regnū. ⁊ ꝙ tam receperunt iusti transmigratōem ⁊ tribulatōēꝫ quam debebant recipere quando finita essent illa quatuoꝝ regna. Fm qꝝ dicit Dan. xj. populus aūt sciens deum suum obtine-

bit. ⁊ facies ⁊ docti in populo docebũt plurimos ⁊ ruent in gladio ⁊ in flãma ⁊ in captiuitate ⁊ i rapina dieꝝ. Sequt ⁊ de eruditis ruent vt cõflent ⁊ eligãt ⁊ dealbent vsq; ad tps pfinitũ. receperũt etiã mali ⁊ peccatores de isrl fines captiuitat' ꝑpetue. sicut dicit Dan. vij vsq; ad cõsũmatõem ⁊ finẽ durabit de solatio. ⁊ iterũ. c. eodẽ ante ciuitatem ⁊ sanctuariũ dissipabit ppls cũ duce vẽturo. ⁊ finis erit vastitas. ⁊ post finem belli statua desolatio. ⁊ hoc est qõ debat esse in aduentu messie. s. q̃ finẽ acciperet peccatũ ⁊ deleret iniquitas. et adduceret iusticia sempiterna. ⁊ sic vngeret sanctus sanctoꝝ. vt ptz in. c. eodẽ clarissime. ergo ptz sicut sol lucet ex oibus istis ꝓdictis falsam eẽ expositõez iudeoꝝ in ꝓphetia. Hiere. supradicta. ⁊ in ꝓphetia abdie. quibus se fundant multũ iudei expectantes destructõem imperij romanoꝝ. ⁊ tũc aduentũ messie ⁊ quõ etiã falsum ẽ q̃ xp̃iani dicẽdunt ꝺ edom. sed q̃ ipimet iudei sunt illi de edom qui fuerũt cõuersi. ⁊ ipsi q̃ mali sunt ⁊ peccatores simul cum eis receperunt punitõem ꝑpetuaz in qua nunc sunt ⁊ erunt vsq; ad finẽ. ⁊ q̃ xp̃iani sunt filij syon ⁊ boni iudei qui cõuersi sunt ad xp̃m in ꝗbus completa fuit iniquitas. s. in ꝗbus iã cessauit peccatũ ⁊ captiuitas. ⁊ in ꝑpetũ erunt liberi. sicut ptz in ꝓdicta ꝓphetia Hiere. quia illis de edom conuersis ⁊ aliis iudeis negantibus xp̃m dicit ꝓpheta. ad te q̃ oq; pueniet calix. i. pena diuie vltionis inebriaberis. i. ad plenã punieris atq; nudaberis. s. honore ⁊ aliis bonis. sicut manifeste factũ est ꝑ tytũ romanoꝝ principẽ. Sed ⁊ de bonis iudeis ꝗ receperũt iesum xp̃m verũ messiam qui dicunt filij syõ. Dicitur in textu. completa ẽ iniquitas tua filia syõ scz in aduentu xp̃i. quia amplius populus ille syon credens in xp̃m nõ fuit subiectus alicui captiuitati loquendo de totalitate populi. sicut ter iaz factum est de populo iudeoꝝ. Ideo dicit. non addit vltra vt transmigret te. s. a libertate in seruitutẽ. Sequit ꝺ malio iudeis filijs edom. Visitabit iniq̃tatem tuam filia edom eam. s. iuste puniendo discooperuit peccata. s. penam manifestam omibus inferendo. quia publica est eoꝝ captiuitas ⁊ seruitus i toto mũdo vbiq; sunt iudei siue inter xp̃ianos siue inter saracenos sunt captiui ⁊ in abhominatõem habiti. Patet ergo solutio ad argumentũ iudeorum que aliquantulũ dilatata fuit ꝓpter magnã vim quam faciunt iudei in eodem.

## Contendit iudeus probare q̃ iesus non est verus messias quia xp̃iani affirmant ipsum eẽ deum.

Quo iesimũ secundũ argumentum iudeoꝝ est ad ꝓbandũ xp̃m nõ esse deus sicut xp̃iani affirmãt. Arguunt aũt sic. scriptũ est Exoꝺ. xx. Non assumes nomen dei tui inuanũ. Inuanũ nomẽ dei assumit qui hominũ nomini cultũ diuinitatis attribuit. Nam vanitas est omnis homo ꝗ hominẽ deum credit ⁊ deus appellat homini nouũ cultumq; diuinitatis ascribit. Item in psal. scriptum est. non erit in te deus recens neq; adorabis deum alienum. Item in lege scriptũ est q̃ qui fecerit se deum occidatur. nullus ergo homo est deus. Mirum ergo est quõ xp̃iani ausi sunt Iesum nazarenũ nominare deum etiam concesso q̃ esset messias cum sacra scriptura sit in oppositũ vt dictũ ẽ. vel si dicant q̃ messias debet esse deus. oñdãt xp̃iani. Hũ in sacra scriptura talis assertio põt notari. licz tũ in primo libro sit sufficien-

ter declaratū quadruplici examine. q̄ ihesus xp̄c est verus filius dei ⁊ Sequē ter verus deus. quia nō iudei potūt au ctoritates sacre scripture. Ideo in p̄nti duo sunt facienda. Primo soluēk argumentū. ⁊ secundo assignabunk auctoritates expresse ad oppositū ostendendū. De primo ergo dicik q̄ nomen dei assumeret unianū si alicui puro homini attribueret. sed si attribuik alicui q̄ non sit purus homo sed verus homo ⁊ cum hoc etiam sit verus deus. tunc non assumik in vanum. talis est ihesus dn̄s noster qui non tm̄ homo sed etiā verus deus affirmak. ⁊ sic de⁹ ⁊ homo: vnus est xp̄c. nec est recens vel recēter deus qui eternus est ⁊ ab eterno deus nec ipe se facit deus. q̄ substantialiter est deus. Ille em̄ facit se deum qui fingit se esse deum cum non sit. nec ē de⁹ alienus. q̄ vere est deus. dij ꝺo gentiū alieni dij dicunk. q̄ nūcupank dij. Circa secundū tollunt iudei velamē ō cordibus suis. legāt sacras scripturas q̄o ⁊ non alias. p̄ p̄nti allegare intēdo que cōmuniter nō solū fm catholicos doctores sed etiā fm antiquos hebreorū rabinos de messia exponunk. Et p̄mo quidem abraam pater fidei nostre adducik in medīū. qui accepta p̄missiōe q̄ in semine suo benedicerent omnes gentes. intelligens ex hoc deum nasciturū fm carnem hūanā ex genere suo cum esset senex ⁊ sterilis multox vocauit ad se seruū seniorē domus sue geñ. xxiiij. ⁊ dixit ei. Pone manū tuā subter femur meū. vt adiurem te p̄ deū celi ⁊ terre vt non accipias vxorem filio meo de filiabus cc̄. Cum .n. sit cōsuetudo apud colentes deū q̄ iurando p̄ deū p̄stat manū suam sup aliq̄d hūs spālēs relatiōem ad ipm̄. ꝓpter q̄ Exo. xxij. dicik q̄ q̄ aliquis iurabit applicabik ad deos nullo modo pater abraam fecisset manū serui sui ponī subter ꝓpriū femur q̄ iurabat p̄ deum celi. nisi specialiorē relatōem haberet femur suum ad deū ⁊ alia mēbra corpis sui. q̄ō q̄dem verum est inquantū illa pars specialius ordinak ad actū generatiōis p quem ⁊ptū ad matrē de genere abrahe nasciturus erat xp̄c. Secūdo p̄t adduci illud Esa. ix. Parvulus natus ē nob ⁊c. sequk. Et vocabik nomē ei⁹ admirabilis cōsiliarius deus fortis pater futuri seculi. princeps pacis. paulus dixit. q̄ verus homo. admirabilis ⁊c. q̄ verus deus. Hec em̄ noia omnia non videtur alicui posse competere nisi sit deus. Tercio p̄t adduci illō Esa. xxv Et dicet in illa die. ecce de⁹ noster iste: expectabimus eū ⁊ saluabit nos. Super quo dicit venerabilis petrus alfonsi in suo dialogo ti. viij. hunc certe versum aliter non curamus explanare q̄s doctoreo vri illum dudū exposuere. p illum nanq̄ docuerunt venturus fore tempus quo ⁊ mūdus dīm esset visurus. ⁊ digito sibi adinuicem populus ostensurus. hoc ꝺo fieri nullatenꝰ posset nisi homo fieret quis ⁊ deus. Hec ille. Quarto potest adduci illud Esa. lj. Posui verba mea in ore tuo. ⁊ i vmbra manus mee protexi te. vt plantem celos ⁊ fundem terram ⁊ dicas ad syon populus meus es tu sitq̄ plātatio celox siue fundatio terre accipiat spūaliter siue ad litteram. certum est q̄ talia non possunt verificari nisi de illo q̄ est deus. xp̄s enim humanitas premittit: cum dicik. posui verba mea in ore tuo ita enim dixerat dn̄o Moysi. vt habet Deutero. xviij. Prophetam suscitabo de medio fratrum suox similem tui. ⁊ ponam verba mea in ore eius que verba eius que loquek in nomie meo audire noluerit ego vltor existam. Istud aūt non p̄t intelligi de Josue. nec de aliquo qui fuerit sub lege mosaica. q̄ vltio. c. eiusdē libri dicik. Non surrexit

